Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



GVOR · III

sua in deserto · ⁊ constituit rex banai
am filium ioiade pro eo sup exercitum
et sadoch sacerdotem posuit pro abia
thar · ⁊ sit quoq; rex ⁊ vocauit semei
dixit q; ei · edifica tibi domum in hie
⁊ habita ibi ⁊ non egredieris inde huc
atq; huc · quatenq; enim egressus fueris
⁊ transieris torrentem cedron · scito te interficiendum · sanguis
tuus erit sup caput tuum · dixit q; se
mei regi · bonus sermo regis · sicut lo
cutus est dominus meus rex · sic fac
et seruus tuus · habitauit itaq; semei
in hierusalem diebus multis · factum est
autem post annos tres ut fugerunt serui
semei ad achis filium maacha regis
geth · nunciatum q; est semei q;
serui eius essent in geth ⁊ surrexit
semei ⁊ stravit asinum suum iuit q;
in geth achis ad requirendos seruos
suos ⁊ adduxit eos de geth · nunciatum
est autem regi salomon quod iisq;
semei de hierusalem in geth ⁊ redisset ⁊ in
tens vocauit eum · dixit q; illi · nonne
testificatus sum tibi pro domino ⁊ pre
dixi tibi quotiencumq; die egressus fueris
huc illuc scito te esse morituri · et
respondisti bonus sermo · quem au
di · quare ergo non custodisti iusiu
randum domini ⁊ preceptum quod p
cepam tibi · dixit q; rex ad semei · tu
nosti omne malum · cuius tibi con
scius est cor tuum quod fecisti dauid pa
tri meo · reddidit dominus malitiam
tuam in caput tuum · et rex salomon
benedictus erit ⁊ thronus dauid erit co
ram domino stabilis usq; in sempi
ternum · iussit itaq; rex banaie filio
ioiade qui egressus percussit eum · et
mortuus est · III

Confirmatum est igitur re
gnum in manu salomonis
et affinitatem coniunctus est
pharaoni regi egypti · accepit namq;
filiam eius ⁊ adduxit in ciuitatem
dauid donec compleret edificans do
mum suam ⁊ domum domini ⁊ mu
rum hierusalem per circuitum · at tamen plus in mo
labat in excelsis · nondum enim edificatum
erat templum nomini domini usq; in diem
illum · dilexit autem salomon dominum a
mbulans in preceptis dauid patris sui
excepto quod in excelsis immolabat
⁊ accendebat thymiama · abiit itaq; sa
lomon in gabaon ut immolaret ibi ·
illud quippe erat excelsum maximum
mille hostias obtulit in holocaustis
salomon sup altare illud in gabaon
apparuit autem dominus salomoni per
somnium nocte dicens · postula quod
tibi dem tibi · ⁊ ait salomon tu fe
cisti cum seruo tuo dauid patre meo
misericordiam magnam · sicut ambulauit
in conspectu tuo in veritate ⁊ iustitia
⁊ recto corde tecum · custodisti eum misericordiam
tuam grandem ⁊ dedisti ei filium sedentem
sup thronum eius · sicut est hodie · et
nunc domine deus tu regnare fecisti
seruum tuum pro patre meo dauid · ego
autem sum puer parvus ⁊ ignorans egre
sum ⁊ introitum meum ⁊ seruus tuus
in medio populi est tui quem elegisti
populum infinitum qui numerari ⁊ supputari
non potest prae multitudine · dabis ergo
seruo tuo cor docile · ut iudicare po
sit populum tuum ⁊ discernere inter bonum
⁊ malum · nam quis enim iudicare potest
populum istum populum tuum hunc multum
placuit ergo sermo coram domino
quod salomon rem huiusmodi postu